Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.

Wien, 1802 Seite 1915

Quelle:
Copyright:

Atque hic eorum est Syllabus: 1) *Sermo de natiuitate ſaluatoris predicatus per T. de Haſelpach* 1429. *Tranſeamus vſque betlehem* &c. Luc. 2. *Diuine pietatis ineſtimabilia beneficia* &c. 2) In Purificatione B. Mariae. 1421. *In Eccleſia Sancti ſtephani ad vniuerſitatem. Impleti ſunt dies* &c. Luc. 2. *Sacerrimam hodie cum militante matre eccleſia* &c. 3) In die Veneris ſancto *per Thomam de Haſelpach in Aula*, nempe Academica. *Pater ſanctificauit.* &c. Joh. 10. Vel: *Clamans voce magna* &c. Matth. 27. *Flagranti eſtuatus deſiderio* &c. 4) De Pentecoſte. 1445. *T. de haſelpach. Dedit dona hominibus* &c. Eph. 4. *Poſt illam inſignem ſingulariter admirandam victoriam* &c. 5) De Eodem. *Collatio T. de haſelpach* 1451. *Ille vos docebit omnia* &c. Joh. 14. *Crebras inſtantias querelas quoque* &c. Atque hae inde jam a triennio, quod Magiſtri in principalibus feſtis taceant, aliis eorum vice ſubſtitutis Oratoribus; unde ait bonus Senex, ſe *poſt tot labores et diei eſtus et pondus emeritum* hoc pietatis opus ſubire. 6) De Eodem. *Collatio Thome de Haſelpach.* 1455. *Miſit deus ſpiritum* &c. Galat. 4. *Quanta iocunditate gaudioſa* &c. Perſtringuntur hoc Sermone *Focariae* et *Agapetae.* 7) *fol.* 69. p. 2. *Propoſitio T. de haſelpach ſuſcipiendo Dominum Dominicum Torcellanum Epiſcopum Apoſtolice ſedis cum auctoritate legati a latere venientem legatum 1463. in die Mauritij.* Ad conciliandos ſibi *Fridericum* Imp. et *Albertum* Archid. Fratres miſſus erat a *Pio II. Dominicus* hic *de Dominicis Venetus*, quem *Conſpectus Hiſt. Univ.* P. I. p. 202. perperam Ep. *Chorcellanum* vocat. Lugubrem *Auſtriae* inter Fratres diſtractae in ejus Exceptione faciem depingit Noſter; qui ita orditur: *Multorum rumores vulgarium inſonuere iam elapſis diebus auribus plurium ex nobis ſuper R^me^ paternit. acceſſu ad has patrie oras* &c. et mox Academiam ſuam adpellat *omnium vniuerſitatum Alemanie de gratia ſancte ſedis Apoſtolice primam tempore, et nulli ſecundam dei dono in Magiſtrorum copioſa multitudine, atque ſuppoſitorum* (Diſcipulorum) *ſolita pariter et fame celebritate* &c. Pacarunt *Auſtriam* non tam Mediatorum officia, quam mors *Alberti* anno exeunte ſubſecuta. 8) *Collatio in die Pentec. per M. Thomam de Haſelpach. Repleuit totam domum* &c. Act. 2. *Etſi ubiſſalem fontem miſericordiarum domini* &c. 9) *Collatio de ſancto Johanne Baptiſta.* 1434. *Baſilee.* Igitur ad PP. Conſcriptos. Eſt in illud: *Dedi te in lucem gentium* &c. Iſa. 49. et ita incipit: *Excellentiſſimas heroyci Johannis Baptiſte ſaluatoris noſtri prophete* &c. Legi meretur praecipue *Pars* II. tota directa ad Concilium, cui inter alia dicitur: *Tibi chriſtus claues regni celorum tradidit, et omnium pontificum pariter et regum colla ſubjecit* &c. *Conſiderationibus* V. conſtat, quibus multa opportuna ad reformandum totius Eccleſiae corpus libere proponun-